Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel: Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur: Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

Allata erant Sigismundo Cesari ex hungaria aureorum quadraginta milia: Cum iam aduesperasceret, eaque in regia recondita fuere. Cum cubitum isset Cesar, dum cogitat in quem non usum eam pecuniam queritat: Somnusque eum deseruit. Tum ille excitatis cubiculariis ite inquit ocius, Consiliarios ducesque militum huc accersite. Venere proceres media nocte, trepidi, Timebant enim: ne quid aduersi accidisset: Imperatorem celeriter adeunt, Et que causa sit tam repentine vocationis inquirunt, Imperator confestim aperta archa, inter eos qui aduenerant pecunia distributa, Ite inquit: Iam secure et tranquille nobis dormire licet: Nam quod mihi somnum ademerat: vobiscum exit.

Concilium Constanciense.



Concilium generale, apud Constanciam Sueuorum urbem, ad scisma tollendum, ~~Anno domini 1414~~ quod nouem et triginta annis perdurauerat Sigismundi Cesaris iussu et industria anno domini 1414 congregatur, In quo quinque aderant naciones Italica Gallica, germanica hispanica et anglica, Quamquam vero harum nacionum suffragiis decernebatur, id tamen ratum erat, aliquid per sessionem aut per notarium publicum pro curia enunciabatur, si omnium consensu postea confirmatum fuisset. Eo quod profecto Iohannes pontifex, admonitus tamen quibus usam ne id faceret, Ne non pontifex accederet, priuatus recederetur, quod eciam contigit, profugiens tamen ad viros quibus issem in omni genere doctrine preminentibus, dum multumque germanos disputacionibus incertos et ambiguos tenuit, quod potissimum decreuerat, Verum superueniente Sigismundo, fractusque omnibus ducendi quod liberet potestate, pontificatu licet inuitus se abdicauit, Gregorius vero Carolum malatestam legatum mittens sponte se abdicauit, Benedictus digressu aliquandiu re pontificatu tandem priuatur, reiectisque nacionibus que ad eo fauerant. In eodem Concilio nonnulle hereses dampnate. In quo de rebus bohemicis sermo habitus, patrum mentes ingenti cura conferebant, volentes aliquo quo non modo pocius sanari possit, Condemnata est igitur Iohannis Wicleff heresis, et duo ex sectatoribus eius combusti sunt, Iohannes hus et hieronimus eius discipulus tamquam heresiarche, Cumque ibi quadriennio ferme ad tollendos scismaticos et ad restituendam ecclesiam, ac emendandos christianorum mores multi prelati principesque permansissent: Tandem de eligendo nouo pontifice sermo habitus est, placuit ex unaquaque nacione viros sex deligi probatos, Qui ad cardinalibus conclaue ingressi deligerent. Anno igitur Millesimo quadringentesimo decimo septimo sexto idus nouembris conclaue ingressi Constanciensibus cardinalibus cum duobus et triginta nacionibus electoribus, post omnium opinionem Cum iam quadriennio vero pontifice caruisset ecclesia, in celebritate beati Martini Otto Columna romanus diaconus cardinalis pontifex creatur omnium leticia, Effusus etiam nimio gaudio Imperator Sigismundus, gracias omnibus egit, cum pontificem prostratus summa veneracione pedes exosculatus est, Quem pontifex amplexus non semel ac iterum habuit, gracias egit, quod sua opera pax tunc ecclesie dei reddita esset, His gestis cum per annum in eo Concilio permansisset, et multa ad christianam religionem necessaria decreta fuisset, Tandem anno christi 1418 Concilium pontificis Imperatorisque iussu dissolutum fuit, et in pace abiere.

Io. Gerson Cancellarius parisiensis



Ioannes Gerson Cancellarius parisiensis denominatus hac tempestate ~~floruit~~, Et in Concilio ~~pro~~ Constanciensi nonnulla pro Rege francie et aliis absoluit, Vir admodum doctus Theologus summus preciosus ~~sacre~~ doctor, Qui scripta varia et libros a se editos ecclesie ~~ut~~ profuturos post se reliquit, Is tandem Anno domini Millesimo cccc xxix superos petiit die duodecima Iuly.

sacre legis christianissimus

Caspar Slick dominus Inter principes denominatus, Marte uulgari ex comitibus altaeollis agri tamisini preter theutonico natus ex familia lazana prouincie franconie, Ingenio dextro, facundia suaui, doctrine cultor, ad omnia genitus queuisque gereret, Quem simul atque fortuna atque virtus extulit, Ut quod erat prius inauditum, Trium Cesarum successiue regnancium Cancellarie prefuerit, Unius ex ducibus Slesie filiam sibi in matrimonium tradere non recusauerit, Sigismundus Egram illi et Cubitum et alia in franconibus oppida dono dedit, Albertus in hungaria Calesium et albam ecclesiam, Fridericus in austria Gretzud. Versatile profecto ingenium: et nature bonitas singularis, Que inter tot imperatores moribus prorsus dispares pari gracia viuere potuit, huius ministerio Eneas pius Episcopatum tergestinum, unde reliquie dignitates prouenere consecutus est. Mortuus est bohemie ex apoplexia, Et apud Carmelitas non longe sepultus.

Caspar Slick Cancellarius trium Cesarum